

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

Ἄλλ' ἐδὲ ἑμαυτὸν ἀνακρίνω.

Non mihi fumo plenas de memet judicandi partes, Juvenalis de Diis locutus.

*Notior est illis homo, quam sibi.*

Οὐδὲν γδ ἑμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' ἕκ ἐν τέρτῳ δεδικαίωμαι.

Constructio est involutio more Hebræo: Quam sic explices: Quamquam non in mentem mihi venit, me in ministerio mihi creditō secus quicquam fecisse, tamen non inde sequitur, me plane ab omni culpa esse liberum. Id enim significat δικαῖος A&: XIII, 38 Rom: VI, 7. Vide & Prolegomena in Epistolam ad Romanos. Chryostomus sensum bene assequutus est: καὶ τί δή τ' ὅτι, εἰ μηδὲν σε αὐτῷ σύνοιδεν, δ' δεδικαίωται; ὅτι συνέβηεν ἡμαρτήσθαι μὲν αὐτῷ ἵνα ἀμαρτήματα, μη μὴν αὐτὸν εἶδέναι τὰ ἑαυτοῦ ἀμαρτήματα. Huc præcipue pertinet, quod dicit Jac: III. 2. πολλὰ ἀπλαίομεν ἅπαντες, & quod omnes & semper jubemur dicere: *Dimitte nobis debita nostra.* Clemens in epistola: ἔξετεῖνατε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς τὸν ἀυτοκράτορα θεὸν, ἱκετεύοντες αὐτὸν ἴλειον γενᾶσθαι, εἴ τι ἄκοντες ἡμάρτετε. In Ignatiana, quæ dicitur, epistola ad Romanos habemus: ἐν ᾗ τοῖς ἀδικήμασιν αὐτῶν (militum, à quibus trahebatur) μᾶλλον μαθητεύομαι, ἀλλ' ἕκ ἐν τέρτῳ δεδικαίωμαι. Hieronymus dialogo adversus Pelagium secundo hunc Pauli locum commemorans addit: *Hoc dicit, ne quid forte per ignorantiam deliquisset.* Posidius de Augustinō: *Dicebat post perceptum baptismum etiam laudatos Christianorum sacerdotes absq; dignâ & competente pœnitentia exire de corpore non debere.* Hæc verissima est hujus loci interpretatio, nec quærenda est alia Ps: XIX, 3.

Ὁ ᾗ ἀνακρίνων με Κύριός ἐστιν.

Is est qui de rebus non actibus tantum sed & cogitationibus exactissimum & de me & de aliis judicium feret. רגל ה' ה' ה' ה' Ps: XLIV, 22.

Facile hic animus Grotio, & eximie in eandem sententiam D. Selnecker in explicatione hujus loci p. 137. *Conscientia prodest non ad justificationem coram Deo, sed ad innocentiam testandam erga proximum teste Deo. Et ut charitas est testimonium fidei; ita conscientia est internum testimonium charitatis.* Quoties autem gloriamur de bona conscientia ut Paulus 1 Cor: I, 12. semper debemus omne bonum Deo ferre acceptam, ut scri